
ANDREAS SAMPERS

DE ERECTIONE ET ABOLITIONE
PROVINCIAE PROVISORIAE
IN ITALIA SUPERIORI EXSISTENTE AN. 1859-1862
CUM DOCUMENTIS ET NOTIS
DE FUNDATIONE ET SUPPRESSIONE DOMORUM

In decreto erectionis diei 19 III 1859 (n. 4) unitas administrativa noviter constituta exhibetur tamquam « Provincia provisoria », *sed sine ulla adiecta geographica denominatione*, factum alienum ab usu Congregationis nostrae anno 1841 introducto et in similibus casibus semper observato. Inducantur tantum domus quae ad efformandam novam Provinciam provisoriam coadunantur, unacum earum politica aut ecclesiastica adscriptione.

Quoad determinationem geographicam ulterius observandum est, quod in aliis documentis infra transcriptis elementa constitutiva indicantur « Domus in Italia superiori » (n. 1 et 2: « Häuser in Oberitalien », n. 3 et n. 7 in textu) et « Domus Italiae superioris » (n. 4 et 7 in inscriptione et etiam in Catalogo generali an. 1859 p. 8).

Quamquam in decreto erectionis supra laudato (n. 4) *Provincia provisoria* erigi dicitur, exhibetur tamen tamquam *Vice-Provincia* in inscriptionibus huius decreti et decreti abolitionis (n. 7), sicut et nominationis superiorum (n. 6), quae inveniuntur in libro copiali, a secretario Superioris gen. ex officio confecto. Denominatio « Provincia provisoria » invenitur iam an. 1854 in erectione Provinciae provisoriae Hollandico-Anglicae (cfr *Spic. hist.* 3, 1955, 365ss).

Superior Provinciae provisoriae in decreto nominationis (n. 5) et in aliis documentis *Vice-Provincialis* nominatur, sed in epistulis ex Curia gen. ad eum datis, quasi semper alloquitur simpliciter *Provincialis*. Ratio desumenda essa videtur ex eo, quod illi competentia aequalis commissa fuit ac Provincialibus (n. 5).

i. - 1857 VII 3. - Superior Prov. Austriacae Adam Mangold desiderium patefacit Superiori gen., quod domus Italiae superioris Vice-Provinciam efforment.

Ex epistula P. is A. Mangold ad RM. N. Mauron, Wien 3 VII 1857. - Orig.: AG Pr.A I 1.

Überhaupt wäre es mein sehnlichster Wunsch, daß diese Häuser in Oberitalien zu einer wenigstens Vice-Provinz erhoben würden, denn eine Regie-

rung von hier aus ist schwer für mich, für meinen Nachfolger wird sie aber fast unmöglich seyn.

2. - 1858 XII 27. - RM N. Mauron P.i Mangold, Superiori Prov. Austriae, communicat se in animo habere domos in Italia superiori a Prov. Austriaca separare.

Ex epistula RM N. Mauron ad P.em A. Mangold, Roma 27 XII 1858. - Minuta a RM N. Mauron m. p. confecta: AG Pr.A I r.

Ihrem Verlangen vom Amte eines Provinzials befreit zu werden, wünsche ich zu entsprechen, werde es aber jedenfalls nur zur Hälfte thun können. Die Errichtung eines Vice-Provinzialates für Oberitalien scheint mir von größter Wichtigkeit zu seyn, damit die Congr. in Italien festen Fuß fasse und ich halte es auch für eine unumgängliche Nothwendigkeit, denn da schon 4 Häuser und ein Noviziat und Studentat bestehen, so ist die Leitung von Wien aus mit großen Schwierigkeiten und Uebelständen verbunden. Nun aber weiß ich Niemanden, dem ich dieses Amt anvertrauen könnte als Ew.Hw. Sie haben diese Häuser gegründet, kennen alle Verhältnisse, und so hoffe ich, daß Sie mit Gottes Segen und Beistand die Entwicklung der Congr. in Oberitalien vollenden werden. Da Sie übrigens ein halber Italiener sind, so wird Ihnen die Uebnahme dieser Last, wenigstens in Bezug auf das Klima und Ihre Gesundheit, kein Ungemach verursachen.

3. - 1859 II 27. - In consultatione generali, electione triennali Superiorum pro Prov. Austriaca peracta, deceditur pro 4 domibus in Italia superiore Provinciam provisoriam erigere, sub Vice-Provinciali Pl. RP.e Adamo Mangold.

Liber consultationum generalium, 1855-1862, ms in AG, 66.

Facta deinde deliberatione, conclusum est expedire formare pro quatuor domibus, quae sunt in Italia superiore, Provinciam provisoriam cum jam proprium Studentatum et Novitiatum et sufficientem numerum subjectorum habeat. Ideo electus est Vice-Provincialis Italiae superioris P. Adam Mangold.

4. - 1859 III 19. - RM N. Mauron Provinciam provisoriam in Italia superiori erigit sequenti decreto.

Copia: *Mandata Prov. Romanae*, ms in AG, 19.

Domus Italiae superioris, ut per se Provinciam provisoriam a nulla alia Provincia, sed immediate a R.mo P. Rectore Majore pendentem efformarent, die 19 Martii 1859 a Provincia austriaca separantur et in Vice-Provinciam constituuntur actu sequenti:

Nicolaus Mauron
Superior Generalis et Rector Major
Congregationis Sanctissimi Redemptoris

Cum bono communi expediens judicaverimus, ut Domus nostrae in Ducatu Mutinensi positae una cum Hospitio quod habemus in Bussolengo, dioecesis Veronensis, immediate Superiori communi, amplioribus facultatibus instructo, subjiciantur: inito cum consultoribus nostris consilio, has praedictas domus in Provinciam provisoriam a Vice-Provinciali gubernandam erigere decrevimus atque hisce litteris erigimus, sperantes et divinum nostrum Redemptorem per intercessionem B.M.V. Immaculatae et S.P.N. Alphonsi deprecantes, ut novae hujus Provinciae provisoriae erectio in majorem divinae Majestatis gloriam majusque Congregationis commodum et incrementum necnon in animarum cedat salutem.

Datum Romae, in Collegio nostro ad SS. Redemptorem et in honorem S. Alphonsi, die 19a Martii 1859.

Nic. Mauron CSSR
Sup. Gen. et Rect. Maj.

M. Haringer, Consult. Secret.

Servantur etiam in AG XLIX 9 exemplar decreti originalis (probabiliter P.i Mangold missum) et duae copiae a P.e Mangold authenticatae.

5. - 1859 III 19. - Pl.RP. Adam Mangold renuntiatur Superior Provinciae provisoriae, cum titulo Vice-Provincialis, sequentibus litteris patentibus.

Copia: *Mandata Pr.R* 19-20.

Eadem die, nempe 19a Martii 1859, pro dictis Domibus, RP. Adamus Mangold Vice-Provincialis nominatur, actu sequenti:

Nicolaus Mauron
Superior Generalis et Rector Major
Congregationis Sanctissimi Redemptoris
Plur. RP. Adamo Mangold salutem in Domino

Cum bono communi expediens judicaverimus, ut Domus nostrae in Ducatu Mutinensi positae una cum Hospitio quod habemus in Bussolengo, dioecesis Veronensis, immediate Superiori communi, amplioribus facultatibus instructo, subjiciantur: inito cum Consultoribus nostris consilio, Te Plurimum Reverende Pater, hisce litteris Vice-Provincialem pro praedictis Domibus constituimus, et Consultores R.dum P.em Antonium Chiletta simul et Admonitorem, et R.dum P.em Hieronymum Scarpieri Tibi adjungimus. Volentes igitur, ut in munere Tuo illis facultatibus utaris, quae Provincialibus committi solent, omnibus Superioribus, Presbyteris caeterisque nostrae Congregationis alumnis Tuae jurisdictioni subjectis mandamus, ut Tibi debitam reverentiam et obedientiam exhibeant.

Datum Romae, in Collegio nostro ad SS. Redemptorem et in honorem S. Alphonsi, die 19 Martii 1859.

Nic. Mauron CSSR
Sup. Gen. et Rect. Maj.
M. Haringer, Consult. Secret.

Servatur etiam in AG XLIX 9 copia litterarum patentium a P.e Mangold authenticata.

6. - 1859 III 19. - Fiunt nominationes Superiorum eiusdem Provinciae provisoriae in consultatione generali diei 27 II 1859 deliberatae (*Liber consult.*, 1855-1862, 66).

Copia: *Mandata Pr.R* 20-21.

Eadem die, nempe 19a Martii 1859, nominantur Superiores hujus Vice-Provinciae modo sequenti:

Vice Provincialis: Plur. R. Pater ADAMUS MANDOLD.

Consultores Vice-Provincialis: RP. ANTONIUS CHILETTI, simul et Admonitor; HIERONYMUS SCARPIERI, simul et Secretarius.

Collegium ad B.M.V. Immaculatam *Finarii*

Rector: Adm. RP. ANTONIUS BERNABEL. - Admonitor: RP. JOANNES SILVA.

Consultores: RRPP. JOANNES SILVA et AEGIDIUS ZANONI.

Collegium ad B.M.V. sub tit. ad Ulmum *Monticuli*

Rector: Adm. RP. ANTONIUS CHILETTI. - Admonitor: RP. LEONARDUS BRIXNER. - Consultores: RRPP. JOSEPHUS VALLE et ALOYSIUS MONTRUCCOLI.

Hospitium ad S. Margaritam *Mutinae*

Superior: Adm. RP. ADAMUS PFAB.

Hospitium ad S. Franciscum Seraph. in *Bussolengo*

Superior: Adm. RP. HIERONYMUS SCARPIERI.

Magister Novitiorum: RP. HIERONYMUS SCARPIERI.

Praefectus Studentium: RP. ANTONIUS CHILETTI.

7. - 1862 IV 26. - Provincia provisorie in Italia superiori abolitur et domus in Finale et Bussolengo, unice superstitis, Prov. Romanae incorporantur.

Copia: *Mandata Pr.R* 5.

Cum propter suppressionem Collegii in Montecchio et Hospitii Mutinensis, rationes quae Vice-Provinciam in Italia superiori postulaverant, hocce momento non subsistant, cetera Collegia Italiae superioris interim, die 26 aprilis 1862, Provinciae Romanae adscriptae sunt actu sequenti:

Nicolaus Mauron

Superior Generalis et Rector Major
Congregationis Sanctissimi Redemptoris

Cum propter temporum vicissitudines bono communi expediens judi-

caverimus, ut Collegia Congregationis nostrae in Italia superiori sita, immediatae administrationi Provinciae Romanae subjiciantur: inito cum Consultoribus nostris Consilio, praedicta Collegia Provinciae Romanae adscribimus, simulque volumus ut a Superiore hujus Provinciae interim gubernentur, sperantes et Divinum Redemptorem deprecantes, ut per intercessionem B.M.V. Immaculatae et S.P.N. Alphonsi haec ordinatio in majorem Divinae Majestatis gloriam, majusque praedictorum Collegiorum bonum et incrementum, nec non in majorem cedat animarum salutem.

Datum Romae, in Collegio nostro ad SS. Redemptorem et in honorem S. Alphonsi, diè 26 Aprilis 1862.

Nic. Mauron C.SS.Red.

Sup. Gen. et Rect. Maj.

M. Haringer Consult. Secret.

DE FUNDATIONE ET SUPPRESSIONE DOMORUM

Iuvat hic primum exhibere textum integrum documentorum quorundam an. 1828 et 1832/33, quando tractabatur de fundatione in Ducatu de Modena, quamvis tunc fundatio non est peracta (cfr E. HOSP, *Erbe des hl. Klemens M. Hofbauer*, Wien 1953, 309-310; F. KUNTZ, *Commentaria de hominibus et rebus CSSR*, ms in AG, XX 28-30 et 291SS).

i. - 1828 IV 9. - Notificatur RM C.Cocle desiderium Ducis de Modena fundandi domum CSSR in Ducatu de Modena et quidem in civitate Finale.

Epistula Baronis Wöber ad RM C.Cocle, Modena 9 IV 1828. - Orig.: AG VI D 34, 2. - Copia (abbreviata) a P.e I. Sabelli confecta: AG XI A 14.

Reverendissimo Padre,

Pervenuto mi il pregiato foglio di V.P. Rev.ma mi faccio premura di dargliene questo cenno, e di assicurarla nel tempo stesso che appena io sia giunto a Vienna, sarà recapitata l'acclusami lettera diretta a quel Rev.do Padre Superiore dei Liguoristi.

Avendo io avuto incontro di parlare del loro Religioso Istituto con questo Religiosissimo Principe S.A.R. l'Arciduca Duca di Modena, ho avuto campo di rilevare, che il prelodato Sovrano amerebbe di averne nel Suo Stato, e precisamente nella città di Finale, una casa o convento composto di dodici individui per lo meno, fra i quali anche uno capace di ascoltare le confessioni in lingua tedesca. Trovasi in quella città una chiesa e convento, che sarebbero convenientemente adattati, e sarebbe del pari provisto alle spese di primo impianto, non che a quelle necessarie pel mantenimento della religiosa famiglia. Prego pertanto V.P. Rev.ma ad indicare se fosse Ella in grado di prestarsi a questa Fondazione e quale sarebbe in caso la dotazione occorrente pel mantenimento del suddetto numero di Religiosi, dirigendo il riscontro alla presente qui in Modena, non a me, che fra pochi

giorni parto per Vienna, ma a S.E. il Sig. Marchese Giuseppe Molza, Gran Ciambellano dell'Arciduca e Incaricato del Ministero degli Affari Esteri, dal quale poi sarebbe dato seguito alla corrispondenza necessaria per combinare questo affare.

Ho l'onore di protestarmi

Di Vostra Paternità Reverendissima

Dev.mo Obb.mo Servitore

B. Wöber gen.

Modena 9 Aprile 1828.

Haec epistula mandata fuit ad PG I. Mautone, Romae residentem, qui in dorso epistulae varias communicationes apposuit et deinde eam RM C. Cocle transmisit.

2. - 1828 V 1. - RM C.Cocle respondit se foundationem oblatam non posse accipere. Textus epistulae desideratur: vide tamen pro die et argumento epistulam eiusdem diei 1 V 1828 ad VG I. Passerat datam (n. 3) et epistulam Marchionis G.Molza ad RM C.Cocle diei 13 V 1828 (n. 4).

3. - 1828 V 1. - RM C.Cocle commendat VG I. Passerat foundationem in Ducatu de Modena, quam ipse propter penuriam Patrum perficere nequivit.

Epistula RM C.Cocle ad VG I.Passerat, Pagani 1 V 1828. - Orig. a P.e I. Sabelli confectum: AG IX C 58.

V.J.M.J.B.A.

Nocera di Pagani 1 Maggio 1828.

Carissimo mio Padre Vicario

Nel decorso del mese passato mi pervenne da S.E. il Sig. Barone Wöber un invito in nome di S.A.R. il Duca di Modena a stabilirsi una nostra casa nel di Lui Ducato, e propriamente nella città di Finale, siccome fuor di dubbio ne sarete già d'avviso dal lodato Sig. Barone, il quale vi avrà consegnato l'ultima mia de' 18 Marzo scorso. Costui prima di partire da Modena commise la combinazione del nostro affare, confidatogli dal Duca, a S.E. il Sig. Marchese Molza cui scrivo colla posta presente di mettersi sull'oggetto in corrispondenza con V.R. Poiché avendo io riflettuto con i miei Consultori che una fondazione stabilita in Modena, come in uno Stato indipendente dalle due Monarchie di nostra esistenza, da considerarsi centrale tra di esse, potrebbe offrirci un gran vantaggio per la comunicazione scambievolmente, e dall'altra parte trovandosi attualmente dismesse le case di Alsazia, que' soggetti di Nazione Francese, che sono molto capaci d'istruirsi fra breve nella lingua italiana, potrebbero stabilirvisi sotto la guida di 3 o 4 Padri della casa di Vienna già perfetti in esercizio della detta lingua. Sembra inoltre che l'animo religiosissimo di S.M. Imperiale, tanto portato a beneficarvi, non avrà difficoltà di accordare qualche Padre de' vostri al Duca, e sareste tanto più incardinati nella sua buona opinione che per voi nutrice. E' vero che il Duca pretende 12 individui, ma io feci sentire al mentovato Sig. Marchese, che ciò non si può, se non col mezzo di un Noviziato, che dovrebbe ammettervisi; tra questi 12 poi desidera espressamente uno Tedesco, or io penso così che almeno 3 dovrebbero essere perfetti nella lingua italiana, il quarto

Tedesco, tre almeno Francesi, con tre fratelli, e sarebbe un numero competente e facile a prestarsi da V.R., tanto più che in questo Regno non ho soggetti sopra numero di spedirvi.

Sulla questione della rendita annuale, ho risposto doversi assegnare giusta la Regola scudi 1500 annui. La chiesa, dice, e il convento è pronto per prendersi in possesso da' desiderati soggetti. I fini non m'ene sono punto dettagliati, ma in caso, che V.R. ne sarà richiesto, e trovandovi in istato di effettuare la proposta fondazione non vi compromettete per altro se non per le sole Missioni, predicazione e confessioni ch'è tutto lo scopo del nostro Istituto.

Ed abbracciandovi con tutti nel Signore vi benedico

Vostro F. Ilo Aff.mo in G.C.
Celestino M. Cocle del SS.Red.

Haec tamen epistula nunquam in manus VG I. Passerat pervenit. Fuit inclusa in epistula eiusdem diei 1 V 1828 ad Marchionem Molza directa (supra n. 2), quod desumitur ex responso Marchionis diei 13 V 1828 (infra n. 4). Molza epistulam de facto RM C. Cocle remisit, sicuti patet ex annotatione sequenti in [*Registro dell' Archivio delle Lettere Ultramontane*, ms in AG a P. e I. Sabelli confectum, 16 (AG LVIII 1c).

13 Maggio [1828], Modena. - L'Arciduca non condisendendo ad altri soggetti se non agl' Italiani per la fondazione di una nostra casa nella città di Finale, respinge la lettera diretta al P. Vicario di Vienna, e ne sospende l'esecuzione. Cfr *Diario* RM C. Cocle, ms in APr.N, 215.

4. - 1828 V 13. - Marchio G. Molza responsum dat RM C. Cocle et sic prima condicio fundandi in Ducatu de Modena inanis remansit.

Epistula Marchionis G. Molza ad RM C. Cocle, Modena 13 V 1828. - Orig.: AG VI D 34, 2. - Copia (abbreviata) a P. e I. Sabelli confecta: AG XI A 14.

Reverendissimo Padre

Ho ricevuto il pregiato foglio di V.P. Rev.ma datato il 1° corrente da Napoli, che giusta l'intelligenza avuta col Sig. Barone Wöber, Ella ha a me diretto sull'argomento della pia idea esternatale per parte di S.A.R. l'Arciduca, mio augusto Signore, di fondare una casa di Missionarj dell'Istituto del B. Alfonso Maria Liguori in Finale.

Io mi sono fatto un dovere di porre sotto gli occhi della prelodata R.A.S. il citato di Lei foglio, dal contenuto del quale ho rilevato non sussistere ciò, che S.A.R. riteneva, vale a dire che Ella avesse in Italia soggetti disponibili per procedere all'indicata fondazione.

In questa situazione di cose nascendo per conseguenza il bisogno di far venire da Vienna i soggetti, la R.A.S. ha creduto di dover per questo soprassedere all'esecuzione del religioso suo divisamento di avere nello Stato una casa del suddetto Istituto, e mi ha incaricato di prevenirne V.P. Rev.ma.

Nell'eseguire pertanto i sovrani comandi, ritengo presso di me la di

Lei lettera per il P. Passerat Vicario Generale, pronto a ritornarla a V.R. Rev.ma ogni qualvolta mi faccia conoscere di desiderarlo.

Mi prego di dichiararmi con sentimenti di distinta considerazione
Di Vostra Paternità Reverendissima

Dev.mo Obb.mo Servitore
G.Molza

Modena 13 Maggio 1828

5. - 1832 X 11. - VG I.Passerat nuntiat Superiori gen., quod die 9 frater Ducis de Modena obtulit foundationem in eius ditione (sine ulla mentione condicionis an. 1828).

Ex epistula VG I.Passerat ad RM I.Ripoli, Wien 11 X 1832. - Orig. : AG Epistulae P.is Passerat.

Nudius tertius ad nos accedere dignatus est Regalis Archidux Ferdinandus* Austriae, frater Archiducis Francisci regentis Modenae, qui mihi hanc demandavit provinciam, exponendi nempe Rev.mae P.V. pia desideria ejusdem fratris Francisci Archiducis Modenae. Offert Princeps ille vere pius Rev.mae P.V. foundationem in parva quadam urbe suae ditionis, ubi exstat vacuum monasterium viginti membra pro nunc continere valens. Possumus ex nostra parte aliquot patres et fratres dare. Nobis maxime, ut putarem, ista nova fundatio faveret; esset enim unionis vinculum opportunissimum. Quamvis enim ditio ista legibus imperii obstricta non sit, tamen Imperio Austriaco extranea non est, vi pacti Imperatorem inter et Archiducem quo rerum et personarum libera fit communicatio.

Velit ergo Rev.ma Paternitas tam opportunam occasionem arripere, exponereque dicto Principi, quot membra dare valeat, quidque ad eorum sustentationem requirat; nos poterimus duos patres totque fratres conferre. Interea orabimus ut res ista bene succedat, nec non omnia consilia inita et inienda a Sua Rev.ma Paternitate.

* Ferdinandus * 1781, † 1850. Postea frater eius Maximilianus semper de fundatione egit, cfr infra n. 8, 10, 12, 15, 16, 17. Vide notitias de Maximiliano supra p. 48/49 nota 22; de Francisco supra p. 44 nota 2.

6. - 1832 X 18. - P. F. von Held communicat P.i I.Sabelli spem suam, quod RM accipiat oblatam foundationem.

Excerptum (a P.e I.Sabelli pro RM I.Ripoli confectum) ex epistula in lingua germanica P.is F.Von Held ad P.em I.Sabelli, Wien 18 X 1832. - Orig. (Estratto; ipsa epistula desideratur): AG X B 23.

Rilevasi da quanto si scrisse al nostro Rev.mo Padre Generale, che la fondazione in Modena non dipende oggidì, se non dalla sola accettazione da parte di esso R.mo Padre. Se si ributtasse, la nostra Congregazione farebbe presso del Duca una troppo magra figura, e forse si stimarebbe burlato, tanto più, che l'Arciduca suo fratello se n'era impegnato alla nostra proposta, avvalorata coll'Autorità del Padre Generale istesso. Egli è vero, che a me non conviene d'intrigarmene; ma vi dico soltanto il mio sentimento,

ed è, che il Padre Rispoli sarebbe forse il più adatto a questa spedizione, come uno, il quale facilmente si attirerebbe la confidenza, l'amore, la fiducia e l'attaccamento de' nostri. Bello sarebbe però se questa fondazione potesse effettuarsi col passaggio del R.mo Padre, che farà secondo la di lui promessa per Vienna.

7. - 1832 XI 2. - P. F.von Held denuo communicat P.i I.Sabelli spem suam, quod RM accipiat oblatam foundationem, quia utilissima.

Excerptum (a P.e I.Sabelli pro RM I.Ripoli confectum) ex epistula in lingua germanica P.is F.vonHeld ad P.em I.Sabelli, Wien 2 XI 1832. - Orig. (Estratto; ipsa epistula desideratur): AG X B 23.

Noi tutti supplichiamo il R.mo Padre Rettore Maggiore di non rifiutare la fondazione di Modena, atteso, che noi ci troviamo qui in uno stato di violenza relativamente alla ricezione de' giovani, non men che riguardo agli studj, cosicché per questi due oggetti, quella fondazione ci sembra sommarmente vantaggiosa ed anche per altre vedute di interessi spirituali a beneficio di tutta la Congregazione.

8. - 1832 XI 16. - P. C.Welsersheimb communicat P.i I.Sabelli spem suam, quod RM accipiat oblatam foundationem.

Excerptum (a P.e I.Sabelli pro RM I.Ripoli confectum) ex epistula in lingua germanica P.is C.Welsersheimb ad P.em I.Sabelli, Wien 16 XI 1832. - Orig. (Estratto; ipsa epistula desideratur): AG X B 23.

N.B. Diem huius epistulae, qui in excerpto notatur: 1 X 1832 (impossibile, quia scripta post 9 X; vide epistulam VG. I. Passerat diei 11 X 1832), corrigimus secundum [Registro dell'] *Archivio delle Lettere Oltramontane* 28.

Qui si dice, che il nostro Padre Generale verrà trovarci nell'anno venturo, e dacché uscì questa voce, noi siamo impazienti, ci sembrerà ogni mese un secolo usque dum perficiatur. Oh Dio, la sua venuta sarà il nostro Paradiso: Egli probabilmente passerà Modena, e prenderà possesso di quella casa. Dopo aver ricevuta la lettera del nostro Padre Vicario generale, Egli non avrà più motivo di attendere dal Duca un invito in scriptis, dopo che S.A. l'Arciduca Massimiliano [il] di lui fratello siasi degnato di venire di persona da noi, ed a nome del Duca progettare al Padre Vicario, che il Padre Generale deve dichiararsi, che cosa Egli esigga, e quali condizioni proponga per effettuare quella fondazione. Fa dunque duopo, di scriverne adesso al prelodato, e soddisfare a' di lui pii voti.

9. - 1832 XII 11. - P. C.Welsersheimb scribit Procuratori gen. de oblata foundatione.

Ex epistula P.is C.Welsersheimb ad PG I.Mautone, Wien 11 XII 1832. - Orig.: AG X B 29 (1).

Il Duca di Modena, l'Arciduca Francesco cugino dell' Imperatore anche ci aspetta o piuttosto i Padri dell' Italia.

10. - 1833 I 1. - VG I. Passerat denuo scribit Superiori gen. de oblata fundatione.

PS. epistulae VG I. Passerat ad RM I. Ripoli, Wien 1 I 1833. - Orig. : AG Epistulae P. is Passerat.

PS. Viso Archiduce Maximiliano, post scriptam hanc epistolam nondum missam, ille denuo instituit ut scriberem Rev. mae P. V. de fundatione oblata a serenissimo fratre.

11. - 1833 I 11. - VG I. Passerat exprimit P. i I. Sabelli desiderium suum, ut fundatio in Modena acceptetur.

Epistula ipsa desideratur. Excerptum a P. e I. Sabelli pro RM I. Ripoli confectum conservatur in AG X B 23, sed in hoc excerpto mentio non fit de fundatione in Modena. Habemus tantum notitiam ex [*Registro dell' Archivio delle Lettere Oltramontane* 30.

11 Gennaio [1833], Vienna. - Il P. Passerat describe una miracolosa guarigione operata dal B. Alfonso in Vienna a 6 del corrente con una virtuosa figlia, ed un'altro operato per l'intercessione di Maria SS. ma sulla sagra persona del Re di Ungheria. Cerca una Novena da farsi qui al B. Padre pel l'infermo nostro Padre Eggendorfer. Insiste per la fondazione di Modena.

12. - 1833 II 7. - P. F. von Held instat pro responso Superioris gen. de fundatione oblata.

Epistula P. is F. von Held ad PG I. Mautone, Wien 7 II 1833. - Orig. : AG X D 1.

Molto Reverendo Padre!

Prima di partire nel Belgio, dove fra poco debbo portarmi, mi credo obbligato di scrivere alla sua Paternità, per ringraziarla di tante grazie e pruove di amore, che ha usate verso di me ed i miei compagni. Ho scritto già al Rev. mo P. Rettore Maggiore, che il Vescovo di Lüttich, desidera d'introdurre nel suo Vescovado la nostra Congregazione. Essendo io destinato di portarmi colà in questo affare, prego la Sua Riverenza e tutti gli altri Padri di volermi aiutare colle sue fervorose preghiere appresso il commun nostro Redentore e Dio, Gesù Christo e la sua santissima madre Maria.

La Vostra Riverenza sarà intesa già che il serenissimo Duca di Modena desidera di stabilire la nostra Congregazione in una città del suo territorio. Essendo stato tanto desiderata questa fondazione dal Rev. mo P. Generale ci fa gran meraviglia di non ricevere risposta alcuna, benché sia un pezzo di tempo (dal mese d'ottobre 1832), che il P. Vic. gen. ne ha scritto a Napoli. Il fratello del Duca di Modena, il Principe Reale Massimiliano, a chi le cose di Dio tanto sono al cuore, continuamente dimanda se non abbiamo ancora una risposta; questo profondo silenzio ci confonde maggiormente, avendo il serenissimo Principe Massimiliano fraposto il suo credito appresso il suo fratello per questo affare tanto desiderato da noi e dai Padri

in Italia. Se mai le lettere fossero perdute, che furono scritte su questo affare, la prego di voler avvisare il Rev.mo P. Generale, che il Duca di Modena ricerca la dichiarazione sulle condizioni, con che la nostra Congregazione potrebbe stabilirsi in una di queste città di Modena.

Inoltre prego la Vostra Riverenza di mandare la lettera aggiunta al Rev.mo Rettore della S. Propaganda il Conte Reisach.

Mi raccomando caldamente alla di lei benevolenza ed amore e sottoscrivendomi coi sensi della profondissima stima e venerazione sono della sua Paternità Reverendissima

Il suo divotissimo Servo e fratello in I.C.
Federico Held C.SS.R.

Vienna 7 Febbraio 1833.

13. - 1833 IV 12. - RM I.Ripoli recusat foundationem in Ducatu de Modena propter penuriam Patrum; dat tamen licentiam fundandi VG I.Passerat. *Epistula RM I.Ripoli ad VG I.Passerat, Pagani 12 IV 1833. - Orig. a P.e I.Sabelli confectum: AG IX C 78. - Minuta a RM I.Ripoli m.p. confecta: Ibidem.*

V.J.M.J.B.A.

Nuceriae Paganorum 12 Ap.lis 1833

Charissime in Christo Frater

Litteras nuper a Te accepi quibus me exorabas ut alium Tibi Vicarium substituerem in regimine istarum nostrae Congregationis domorum ultra montes. A me tamen convocatis ad id opus Consultoribus generalibus, tam mihi quam iis visum est, ut patiaris idem quod hactenus laudabiliter sustinuisti onus adhuc ferre ad majorem Dei gloriam ac majus ejusdem nostrae Congregationis bonum, quodque dives in misericordia Deus, majori semper suarum gratiarum largitate compensabit Tibi. Qua super re clausas idcirco Tibi hic mitto patentes litteras, ut omnes nostri in dissitis illis regionibus ultra montes degentes, qua talem Te recognoscere sequantur, tuisque mandatis non desinant obtemperare.

Tam mihi deinde quam omnibus meis Consultoribus in votis fuisset, mittere exhinc aliquos ex nostris ad fundandam domum prope Mutinam optatam. Cum tamen Patrum numerus adeo apud nos sit exiguus, ut vix adsint, qui ad regularem observantiam, ac Missiones obeundas sufficiunt, possibile non fuit invenire, tametsi paucos qui mitti possent, quin hae domus non parum enervarentur, prout compertum habeo ex domorum nostrarum visitatione, quam paucis abhinc diebus personaliter, septentrionali ex parte easdem lustrando, persolvi. Patienter igitur feras, ut tempore accepto, mittat Dominus Messis Operarios in Messem plurimos, ita ut faventibus circumstantiis horum numerus augeatur, et tunc Serenissimi Ducis vota effectum felicem assequantur.

Omnes interim Tibi aliisque nostris benedictiones a Deo adprecans atque in Domino amplectens, effusissima in Te ac omnes charitate dicor

Reverentiae Tuae

P.S. Casu quo Dux ille annuat foundationem dictae domus a Patribus Italis Viennensibus fieri posse, ego libenter omnem facultatem ad hoc opus requisitam Tibi concedo.

Addictissimus Frater in X°
 Joannes Camillus Ripoli
 Congr. SS.mi Red. Rector Major

14. - 1833 IV 20. - RM I.Ripoli considerat foundationem in Finale ratione insalubritatis.

Folium adiunctum epistulae RM I.Ripoli ad VG I.Passerat, Pagani 20 IV 1833. - Orig. a P.e I.Sabelli confectum: AG IX C 78 (ultimo). - Minuta a RM I.Ripoli m.p. confecta: Ibidem.

Reservata

[Pagani] 20 aprilis 1833

Multa mihi retulerunt de parva urbe Finale quam Modenae Dux in sua offert nobis ditione, quae animum tantisper perturbaverunt meum; praesertim de aere non tam salubri, et de positione ejusdem in flumine sita. Si res ita se habent, temporis decursu facillime dicta fundatio relinqueretur, prout ipse mihi retulisti de fundatione Domus Mautern: « Et erit novissimus error pejor priore ». Scribe mihi ergo, si vera vel falsa sint dicta et ab epistolis tuis gressus meos dinumerabo et notum faciam dicto Duci, quot membra dare valeam, quotve ad eorum sustentationem necesse foret juxta praescriptum Regulae, nempe summam scutorum annuam 1500 requiri, prout optime nosti.

Joannes Camillus Ripoli, Rector Major
 Congregationis SS.mi Redemptoris

15. - 1833 V 2. - VG I.Passerat instat apud Superiorem gen. pro responso de fundatione in Ducatu de Modena (Nondum accepit epistolam RM I.Ripoli diei 12 IV 1833).

PS. epistulae VG I.Passerat ad RM I.Ripoli, 2 V 1833. - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat.

PS. Archidux Maximilianus semper a me requirit responsum, quod dare nequeo. Nuper dixit uni ex nostris: Domus parata est. Si sciret frater meus quid agere debeat: Utrum expectandum ei sit, an alteri Congregationi suam foundationem tradere expédiet.

16. - 1833 V 25. - VG I.Passerat nuntiat Superiori gen., quod responsum negativum offendit benefactorem.

PS. epistulae VG I.Passerat ad RM I.Ripoli, Wien 25 V 1833. - Orig.: AG Epistulae P.is Passerat.

PS. Princeps Maximilianus visus fuit mihi offensus de negativa; nec nobis Viennensibus obtulit nec offeret foundationem.

17. - 1833 mense Iulio. - VG I. Passerat ultima vice instat apud Superiorem gen. pro responso affirmativo de fundatione in Ducatu de Modena et sic etiam secunda condicio fundandi inanis remansit.

Ex epistula VG I. Passerat ad RM I. Ripoli, Wien [dies desideratur] VII 1833. - Orig.: AG Epistulae P. is Passerat.

Cum adii Archiducem Maximilianum ut ei denuntiarem Rev. mam P. V. non accipere fundationem in ditione Mutinensi, eundem quidem interrogavi de aeris salubritate in Finali oppido; sed pauca dixi, plura prae confusione non ausus. Alios praeterea interrogavi, et in libris geographicis inspexi, sed frustra. Heri vero eundem Archiducem adivi, expressiusque interrogavi, qui mihi asseruit salubritatem aeris in dicto oppido, dicens mille abhinc passibus stare palatium aestivale, quod ipsemet habitavit pluries.

Rev. ma P. V. doceat me quaeso, quae sit quoad jura et facultates differentia Rectorem inter et Superiorem.

Liceat mihi instare denuo pro responso affirmativo ratione fundationis Mutinensis. Vere Principes hujus augustae familiae favent religioni affectu et operibus.

18. - 1834 VI 5. - P. H. Kochs SI privato consilio invitat P. em G. Ackermann CSSR, ut suscipiat curam Germanorum in Modena.

Epistula P. is H. Kochs SI ad P. em G. Ackermann, Modena 5 VI 1834. - Orig.: AG X D 2.

Ehrwürdiger Pater!

Es sind bald drei Jahre, daß Sie hier durch diese Stadt Modena reiseten und bei uns Jesuiten im Collegium zu St. Bartholomäus wohnten, um nach einer kurzen Ausruhe weiter dann nach Rom zu reisen, wo ich dafür halte, daß Sie auch jetzt sich aufhalten. Sie wissen schon, wer an Sie schreibt: Er ist P. Hermann Joseph Kochs aus Aachen, wohin ich eben in jenem Jahre Ihrer Durchreise hingereiset bin. Auf dieser meiner Reise habe ich die Ehre auch gehabt, bei Ihrem H. Oheim zu übernachten, welcher als Franziskaner in Aachen, von mir noch wohl erkannt, damals eine große Pfarrei verwaltete, unweit meiner Vaterstadt. Wir haben manches über Sie geredet und der H. Oheim erzählte mir eben so Ihre Geschichte, wie Sie sie mir hier erzählt hatten.

Ich kehrte nach vier Wochen wieder hieher, wo ich auch jetzt eben das Amt bekleide, wie zuvor, nämlich eines Seelsorgers für die Deutschen, die in dieser Stadt wohnen, oder beim österreichischen Erzherzoge Franz IV., Herzog von Modena, in Dienst angestellt sind. Für diese Deutschen hat der Herzog eben auch eine zwar nicht große, aber artige und feine Kirche erbauen lassen, in welcher ich alle Sonn- und Feiertage eine kurze Predigt halte, und nach Mittag die Christenlehre für die Kinder. Ich habe mir schon oft gewünscht, daß Sie Ehrw. Pater bei uns in Modena geblieben wären, um in der Deutschen Kirche zu St. Margaritha das zu thun, was ich wegen der Entlegenheit unseres Collegiums nicht thun kann: daselbst nämlich täglich

Messe lesen, Beicht hören in dem dortigen neuen Beichtstuhl, Schule halten für die deutschen Kinder, ihnen Christenlehre halten, und wenn es Ihnen gefiele, Predigten; man könnte auch alsdann gewisse Bruderschaften für die Deutschen einführen, die größtentheils gute Leute sind; und die schlechteren, so wie auch einige Protestanten könnten wir leicht auf den guten Weg zurückführen; und obgleich der Deutschen <in> dieser Stadt höchstens nur gegen hundertundfünfzig sind, so vermehren sich <die>selben immer doch; und ein sehr geräumiges Wirkungsfeld stünde Ihnen <auch> noch offen für die kranken Oesterreicher im Spitale; denn der Feldkapl<an der> so viele tausend Soldaten hat, hält weder den gesunden, noch den kranken <eine> Predigt oder Unterricht. So könnten Sie auch hier viel Gutes für die Ital<iener> stiften. Seht Ehrw. Pater, einmal also, ob es wohl möglich sei, daß Sie hieher kämen. Sie könnten leicht Ihre Wohnung, Unterhalt und alles im Kloster zu St. Margaritha halten, welches ehemals den Observanten gehörte, jetzt aber zur Wohnung für viele Deutschen bestimmt ist. Der Priester, der nun dort wohnt, hat erst 26 Jahr, und thut anders nichts, als die Messe lesen für die Deutschen; denn sonst ist er den ganzen Tage beinahe außer dem Hause in den Häusern der Herrschaften, wo er die deutsche und französische Sprache lehrt, und sehr viel Geld zusammenscharrt, daß er also mir ganz unnütz ist, und der Stadt auch die besten Beispiele nicht gibt. Und eben daher auch ist weder der Herzog, von dem er doch 40 Zecchini mit freier Wäsche, Holz, Ofen etc. etc. jährlich empfängt, noch der Bischof etc. mit ihm zufrieden. Und wenn Sie hierher kämen, würde der Herzog und der Bischof höchstens zufrieden sein, wie ich nicht zweifle; die Deutschen, die es sehr vonnöthen haben größtentheils, würden nach ihrem Wunsche recht bedient, die Ehre Gottes vermehrt, das Seelenheil befördert, die Ärgernisse gehoben und so endlich auch den frommen Absichten des Erzherzogs in der Erbauung jener deutschen Kirche richtig entsprochen werden. Und was auch dabei zu bemerken ist, würde so Ihrer Congregation SS.i Redemptoris in diese Estensischen Staaten eine Pforte eröffnet werden, um Subjekte zu bekommen und sich in denselben niederlassen zu können.

Ich bitte sie also geliebtester Pater und Landsmann, oft und herzlich, diesen meinen Vorschlag reif mit Gott und den Oberen zu überlegen, und mir alsdann sobald als möglich eine Antwort zu ertheilen, damit ich noch vor der Abreise des Erzherzogs gegen den 24 Junius ausführlich hierüber mit Ihm reden, und Alles in gute Richtigkeit bringen könne. Ich schließe also, und verbleibe indessen

Ehrw. u. geliebtester Pater!

Modena den 5 Juni 1834.

Ihr ergebenster Freund
Hermann Joseph Kochs SI.

NB. Probabiliter haec epistula, cum sola inscriptione: Al R.mo in Xto Padre, Il P. Giuseppe [!] Ackermann Ligorino, Della Congregazione del SS.mo Redentore, Roma (signum postale impressum: Roma, 9 Giu 1834), PG I. Mautone tradita est, nec unquam in manus P.is Georgii Ackermann, qui tunc Romae non degebat, pervenit.

NOTAE DE SINGULIS DOMIBUS

MODENA

1835 III 2. - Veniunt et sedem collocant in Modena (« fabricato di S. Margherita ») primi Redemptoristae: PP. F.Doll et A.Mangold, FL. Antonius Grillmayer.

Registro cronologico per servire alla storia del Collegio di Finale 3. - Orig.: AG XXII 10.

1866 VI medio. - Suppressio domus a Gubernio de Piemonte (Die 18 VI 1866 P. Rector nuntiat Ordinario loci, quod communitas dereliquit domum).

Epistula Ordinarii de Modena ad Rect. A. Bernabei, Modena 24 VI 1866. - Orig.: AG XXII R 8 (ultimo).

FINALE DI MODENA

1836 VII 19. - Primi Redemptoristae sedem collocant in Finale (« antico convento dei Minori Conventuali, detto le Scuole »): P. F.Doll et FL. Antonius Grillmayer.

Registro cronologico per servire alla storia del Collegio di Finale 13. - Orig.: AG XXII 10.

1836 VIII 2. - Inauguratio sollemnis hospitii. - *Ibidem.*

1836 X 21. - Translatio officialis ecclesiae et domus (« il locale detto delle Scuole ») ad CSSR.

Instrumentum publicum, Finale 21 X 1836, n° 1720. - Copia authenticata a notario Ios. Albarelli, s.d.; AG XXII 1a.

1840 III 1. - RM. I.Ripoli erigit hospitium in « Casa di Rettorato ».

Epistula RM I.Ripoli ad Patres in Finale, Pagani 1 III 1840. - Minuta: AG XI A 3.

1850 VII 6. - RM V.Trapanese CSSR. declarat domum « a praedecessore nostro Camillo Ripoli canonice erectam ac juribus universis Rectoratus donatam fuisse, quam ita canonice constitutam etiam atque etiam declaramus ac quantum opus est, de novo confirmamus ».

Decretum RM V.Trapanese, Roma 6 VII 1850. - Orig.: AG XXII 3.

1860 X . - P. Ae.Zanoni, ultimus Redemptorista, derelinquit Modena (« totale abolimento di quest'ospizio »).

Alcune notizie cronologiche dell'Ospizio di Modena, raccolte dal P. G.M. VALLE 18. - Orig.: AG XXII 9a.

MONTECCHIO

1837 I 14. - P. Franciscus Doll nuntiat Superiori generali, Ducem de Modena velle foundationem in Montecchio.

Epistula P.is F.Doll ad RM I.Ripoli, Finale 14 I 1837. - Orig.: AG X D 16. (Responsum negativum datur, 14 II 1837. - *Ibid.*)

1839 XII 26. - P. A. Mangold nuntiat Superiori generali, Ducem de Modena denuo proposuisse fundationem in Montecchio.

Epistula P. is A. Mangold ad RM I. Ripoli, Finale 26 XII 1839. - Orig.: AG X D 36.

1843 VI 4. - Franciscus IV, Dux de Modena concedit Ecclesiam et conventum (« che una volta spettavano ai PP. Serviti ») Patribus CSSR.

Notificatio ad P. em A. Mangold, Modena 7 VI 1843. - Orig. et 2 copiae authenticatae, Montecchio 12 VIII 1843: AG XXIII 1.

1843 VI 21. - Translatio officialis ecclesiae et domus ad CSSR.

Instrumentum publicum, Montecchio 21 VI 1843, n. 305/2. - Copia authenticata, Montecchio 11 X 1843: AG XXIII 2.

1843 VIII 12. - Consensus fundationis datus a Philippo Cattani, Episcopo de Reggio.

Rescriptum pro P. e A. Mangold, Reggio 12 VIII 1843. - Orig.: AG XXIII 4.

1843 IX 17. - P. Iosephus Valle, qui die 14 advenit, inaugurat ministerium CSSR cum primo sermone.

Memorie del P. Valle, 1843-1844, 2. - Orig.: AG XXIII 16. - Cfr etiam *Registro cronologico per servire alla storia del Collegio di Finale 101.* - Orig.: AG XXII 10.

1843. XI 1. - RM I. Ripoli fundationem in Montecchio approbat et « completa fundatione, inter domos, per electionem canonicam Congregationi nostrae incorporatas, praesentibus litteris » refert.

Litterae patentes RM I. Ripoli, Pagani 1 XI 1843. - Minuta a P. e I. Sabetelli confecta et copia authenticata a VG I. Passerat, 14 XI 1843: AG XXIII 6.

1843 XI 19. - Inauguratio sollemnis domus.

Memorie del P. Valle, 1843-1844, 7. - Orig.: AG XXIII 16.

1844 I 1. - P. A. Mangold nominatur primus Rector.

Litterae patentes VG I. Passerat, Wien 1 I 1844. - Orig.: AG XXIII 18.

1844 I 24. - Nominatio Rect. A. Mangold proclamatur.

Registro cronologico per servire alla storia del Collegio di Montecchio I 1. - Orig.: AG XXIII 16.

1859 VI 15. - Edicatur expulsio pro die sequenti. Renovatur 17 VI 1859.

Epistulae «Comitato comunitativo» ad P. em A. Chiletto, Montecchio 15 et 17 VI 1859. - Orig.: AG XXIII 11.

1859 VI 18. - Communitas derelinquit collegium et urbem Montecchio.

Epistula P. is A. Chiletto ad «Comitato comunitativo», Montecchio 18 VI 1859. - Minuta: AG XXIII 11.

1859 IX 21. - P. I. Valle nominatur procurator pro bonis communitatis expulsae.

Litterae patentes RM N. Mauron, Roma 21 IX 1859. - Orig.: AG XXIII 11.

BUSSOLENGO

[C. HENZE], *De exordiis domus Bussolengo: Analecta CSSR 24(1952) 51-54.*

1854 III 4. - Iosephus Turri, sacerdos in Bussolengo, voluntatem suam manifestat cedendi quam primum ecclesiam et domum ad usum CSSR.

Epistula I. Turri ad P. em A. Mangold, Modena 4 III 1854. - Orig.: AG Pr.R XXII 1.

1854 VII 7. - I. Turri cedit ecclesiam et domum P. i A. Mangold ad usum CSSR.

Instrumentum privatum, Verona 7 VII 1854. - Copia: AG Pr.R XXII 8.

1854 VII 12. - Confirmatio publica donationis I. Turri.

Instrumentum notarile, Verona 12 VII 1854, n. 4671. - Copia: AG Pr.R XXII 8.

1854 X 6. - P. Ferdinandus Schranz occupat ecclesiam et domum.

Epistula P. is F. Schranz ad RM N. Mauron, Bussolengo 10 X 1856. - Orig.: AG XLIX 15. - Cfr etiam *Voto del Procuratore gen. CSSR alla S. Congreg. del Concilio, 25 XI 1856.* - Copia: AG Pr.R XXII 1.

1856 IV 7. - Iosephus Zanoni, «Muratore», sese obligat ad finiendam constructionem aedificii intra an. 1856.

Instrumentum inter P. em F. Schranz et I. Zanoni, Verona 7 IV 1856. - Copia: AG Pr.R XXII 1.

1856 VI 11. - P. A. Mangold elegit P. em F. Schranz suum procuratorem pro fundatione in Bussolengo.

Litterae patentes P. is A. Mangold sigillatae et contrasignatae ab Episcopo de Verona, Wien 11 VI 1856. - Orig.: AG Pr.R XXII 1.

1857 VIII 2. - Inauguratio sollemnis hospitii.

Epistola P. is A. Mangold ad Rectores in Finale et Montecchio et ad Superiores in Modena et Bussolengo, Finale 15 VI 1857. - Orig.: AG XXII 3 (27). - Cfr etiam *Parole recitate dal pulpito dei RR. Padri Redentoristi di Bussolengo da Don GIUSEPPE TURRI nel giorno 2 agosto 1857* (Estratto dalla *Gazzetta Ufficiale di Verona*, anno III n. 188). - Folium 2 pp. typis cusum: AG Pr.R XXII 1.

1862 IV 26. - RM N. Mauron erigit hospitium in Rectoratum.

Mandata Prov. Romanae, ms in AG, 5.